



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa
tres primos Symboli Catholici Articulos**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphaliae, 1608

Qvarta Thesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

id facerent, illis iniunxit. Scimus, ait, lib. 1. Instit. c. 18. §. 1. Sathanam se coram Deo sistere ad excipienda iussa non minus quam Angelos: nec quid aggredi nisi volente Deo, cuius cum certo mandato mittitur, ut sit spiritus mendax in ore prophetarum. ad cuius nutu potentiamque respodet instrumentum magis ipsius in agendo; quam author. Lib. 2. Instit. cap. 4. §. 5. Praeterquam enim quod iurato nostro hosti mandat imbecilli homuncionis oppugnationem; eum etiam occulta quadans vi, in illo oppugnando supplantandoque adiuuat, adigitque Sathan & peccato vias manus dare. Agit igitur homo lib. 1. Inst. cap. 18. §. 4. iusto Dei impulsu, quod sibi non licet, & in quo peccat, flammashque meretur eternas.

QUARTA THESIS.

Excusatum a peccato hominem putasset alius in eo, quod voluntatem suam voluntati ac impulsui conformasset diuino; ut cui nec debeat, nec possit resistere. Sed nequaquam eum excusari apud Deum permittit Calvinus. Excusabiles, ait, lib. 3. Inst. c. 23. §. 9. peccado haberi volunt reprobi, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem; praesertim cum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus ritè excusari. Ne vero quid decesset ad certam hominis perniciem & interitum; idem ille pius Calvinistarum Paren legem homini dedit; quam nec per gratiam Dei quam amcungque etiam, posset seruare.

D 3 Hinc

34 APOD. I. CALVINITARVM

Hinc Caluinus, 2. Instit. c. 7. §. 5. quod impossibilem legis obseruationem diximus, id est paucis explicandū simul & confirmandum; in Antidoto Concil. Trident. sess. 6. mihi abunde sufficit neminem extitisse vñquam, qui legi Dei satisfecerit, nec ullum posse inueniri. Ut autem crudelius posset deinde in transgressorem defauire, minimis & lauissimis lapsiunculis desideriorum ac verborum inanum, maximas & grauissimas pœnas æternæ mortis præfixit. Nō est, scribit Caluin. lib. 2. Inst. c. 8. §. 58. 59. quod vel leuissimas cupiditates (etiam omnem deliberationem antegressas) iudicio mortis eximamus. Quare habeant filij Dei (Caluniani) omne peccatum mortale esse, quia est aduersus Dei voluntatem rebellio. Quis vñquam Vitricus, aut Tyrannus, aut Carnifex, si eiusmodi Deus est Pater? Herodes, Nero, Caligula, Busyrus, Mezentius præ hoc Calunitico Deo quidam Mitiones fuere.

CAPVT VI.

Deum Patrem Calunitarum tyrannicè hominem damnare ante cognitionem causæ.

Descriptio
Dei Cale-
cutani.

DEUM Calecutani in oriente effinxerunt (nec longè ab his abierunt Mexicanī ad occidentem) quatuor insignem cornibus, ore vastissimo hiantem, deformem naſo, toruis luminibus, ac minaci vultu truculētum, horribi-